1532. 24. 1 Maii

110

# Sigismundus Primus Rex Poloniae
## Casspare Seredi Praefecto Castri Tchorai

Nobilis et egregie grate Nobis dilecte. Hodie cum venerunt Famuli Nobilis Joannis Clay sui aulici et Nuncij Nostri, qui Nobis declararunt illum abs te in Publico itinere, cum ad Nos a Sumo Rege Joane revertebatur, captum et detentum esse nulla aliud agebant de causa, quam quod Fratris tui Germani Sheredi detentionem, quem in Regno Nostro Captum tu ipse tibi fingis et non vere predicas, tali pignore vindicare te velle diseris, Quod illud de audacissimo facto tuo Nuncium et si Nos in tantum commovit, ut nisi celeris elibe rationes fidi Servitoris Nostri rationem habere nus maluerimus certe viribus quam literis il lum abs te cum ultione temeritatis, tuae repete re. At cum ea sit Publicarum rationum necessitas ut Aulici Nostri citra reversionem literis Nos consu lere oporteat, primum tibi declaramus, in eum lo cum opinionem tuam apud Nos successise ut exi stimemus te et sensu et humanitate ne dicamus iudicio aliquo prorsus carere, qui tam magnum

piaculum

Piaculum in violendo Nuncio Nostro praeter omnem
Causam admittere, pro tua libidine non es veritus, nihil
reputans quam longe re et nomine ab ea absis faculta
te, ut Nostram Regiam dignitatem, et summis quibus
vis Principibus, ceterisque probis Viris, Venerabilem au
thoritatem tuam violenta petulantia irritare vel conta
minare debeas, deinde te serio hortamur, ut simul
atque praesentes Nostras legeris, liber ad Nos Aulicum
et Nuncium Nostrum dimittas, et aliis modis quam
Crimine lesae Mtis Nostrae occasionem recuperandi
fratris tui aucupas, quem in Slesia non in Regno
Nostro, ut tu falso jactitas adversae partis satelites
imprimis et pluries tuis incontinentibus, contra
Annales Inducias admissis, irritati, praehenderunt, et
de quo Nos, liberando licet nunc ejus Nos peniteat,
operam et authoritatem Nostram multoties inter
posuimus. Quod nisi extemplo feceris et abuti Nos
tra pietate, qua Regni Ungariae rationibus assi
due commodare studemus, praeterito in negocio effi
ciemus, ut et tu cognoscas et quotusquisque est tuae
Gentis homo, qui modo in Regnum Nostrum per
veniat experiatur, quam religiosum et imprimis pu
temus, ut tua licentia et indignalentas dignita
tis Nostrae opposita, impune petermitti debeat
Dat. Cracoviae. 1 Maii 1532. Anno